

a 1522 ad 1526 = 251 et 34

Sigismundus primus rex Poloniae, Lu:
dovico Hungariae et Bohemia regi.

10

Serenissime princeps etc: Generosus Stanislaus
Lipski subditus noster, tum etiam in bella
nostris multis egregiam operam navando de
nobis ac republica nostra optime meritus,
cum apud maiestatem vestram stipendia fe:
cisset, post factum cum eo calculum, dicit
se stipendii sui, atque damnorum que in in:
feriori Pannonia regione passus est, solu:
tionem consecutum non esse. Rogavit nos,
ut quo plenariam solutionem assequi va:
leat, pro se ad maiestatem vestram inter:
cederemus. Quamquam autem non dubitemus
quin suapte maiestas vestra id effectura
esset; tamen singulatim rogamus, quatenus
eidem Lipski benigne id quod meruit soli:
vi imperet, quod quidem pro liberalitate sua,
et in nos amore facturam confidimus ma:
iestatem vestram, quam unã cum suis ut
Deus quam diutissime seruet, vehementer
cupimus.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint handwriting visible on the right edge of the page, possibly from an adjacent page.]